



SECTIO. XVIII.

EMPLASTRA.

Emplastrum adhaesivum.

℞ Emplastri communis libras duas.
 Picis Burgundicae libram vnam.
Liquefiant simul, et fiat emplastrum.

Emplastrum anodynum.

℞ Resinae albae vncias octo.
 Tacamahacae tritae,
 Galbani ana vncias quatuor.
Liquefactis simul adde
 Sem cymini triti vncias tres.
 Saponis nigri vncias quatuor.
Fiat emplastrum s. a.

Emplastrum antihystericum.

℞ Galbani vncias duodecim.
 Tacamahacae tritae,
 Cerae flavae ana vncias sex,
 Alae foeditae,
 Sem. cymini triti,
 Terebinthinae Ven. ana vncias quatuor,
Misce, fiat emplastrum s. a.

Emplastrum cephalicum.

℞ Tacamahacae tritae,
 Cerae flavae ana vncias quatuor,
Simul liquefactis adde
 Terebinthinae Ven. vncias quatuor.
ut fiat emplastrum, cui ab igne remoto et fere re-
frigerato immisce
 Ol. still. lauendulae drachmas duas,
 succini drachmam vnam.

Emplastrum cereum.

℞ Cerae flavae libras quatuor.
 Resinae albae,
 Seni ouilli ana libras duas.
Liquecant simul in emplastrum, quod vicem
supplet emplastri e meliloto.

Emplastrum

Emplastrum de cicuta cum ammo- niaco.

℞ Gummi ammoniaci vncias octo.

Aceti scillitici q. s.

ut fiat solutio, cui adde

Succi fol. cicutae vncias quatuor.

Colatura coquatur in emplastrum.

Emplastrum commune.

℞ Lithargyri libras tres.

Olei oliuarum libras sex.

*Coque ut fiat emplastrum. quod vicem supplet
emplastrorum diachylon simpl. et diapalmae.*

Emplastrum croceum, vulgo oxycroceum.

℞ Picis Burgundicae,

Cerae flauae ana libram vnam,

Galbani selibram.

Leni igne simul liquefactis adde

Picis liquidae selibram.

Croci triti vncias duas,

et fiat emplastrum.

Emplastrum defensiuum.

℞ Lithargyri libras duas.

Olei oliuarum libras quatuor.

*Coque fere ad spissitudinem emplastri, in quo
liquefiant*

Cerae flauae vnciae quatuor.

Dein adde

Olibani triti,

Terebinthinae Ven. ana vncias quatuor.

Colcotharis vitrioli vncias sex.

fiat emplastrum s. a.

Emplastrum epispasticum.

℞ Picis Burgundicae vncias viginti.

Terebinthinae Venetae,

Cantharidum ana vncias sex.

*Cantharides terantur in puluerem tenuissimum,
qui addatur ceteris simul, liquefactis, vt fiat empla-
strum.*

Emplastrum epispasticum compositum.

℞ Picis Burgundicae vncias duodecim.

Cerae flauae vncias quatuor.

Liquefactis simul adde

Terebinthinae Ven. vncias octodecim.

*Liquefactis et adhuc feruidis insperge sequentia
in puluerem trita et commixta, assidue agitando,*

Sem-

Sem. sinapi.

Piperis nigri ana vnciam vnam.

Aeruginis vncias duas.

Cantharidum vncias duodecim.

Misce, fiat emplastrum s. a.

In vesica oleo oblita seruandum utrumque emplastrum epispasticum.

Emplastrum gummosum.

℞ Olei palmae libras quatuor.

Lithargyri sesquilibram.

Coque fere ad spissitudinem emplastri, et adde

Gummi ammoniaci,

Galbani,

Terebinthinae venetae,

Cerae flauae ana selibram.

Emplastrum hoc vicem supplet emplastri diachylon cum gummi.

Emplastrum Mercuriale.

℞ Emplastri gummosi sesquilibram.

Liquificato, et ab igne remoto, adde

Hydrargyri vncias octo.

Terebinthinae Venetae vnciam vnam.

Styracis liquidae fescunciam.

Quae prius in mortario agitatione probe commixta sint, ut hydrargyrus non amplius appareat.

Emplastrum

Emplastrum saponaceum.

℞ Emplastri gummosi libras tres.

Liquefacto immisce

Saponis albi Hispani rasi selibram.

Emplastrum stomachicum.

℞ Cerae flavae uncias octo.

Tacamahacae tritae uncias quatuor.

Olei palmae uncias sex.

Liquefactis simul, aditice remotis ab igne

Caryophyllorum aromaticorum pulv. uncias
duas

Ol. expressi macis fescunciam.

still. menthae drachmas duas.

Agitatione perficiatur mixtura ut fiat empla-
strum.

Emplastrum volatile.

℞ Terebinthinae Venetae unciam vnam.

Sensum affunde

Spiritus falis ammoniaci unciam vnam.

agitando diligenter in mortario.

CANO.

CANONES GENERALES PRO COMPONENTIS VNGVENTIS ET EMPLASTRIS.

I. Pulveres metallici cum oleosis et pinguibus coquantur primo ad debitam coalescentiam. Emplastra vero aquae fontanae admissionem postulant, donec iustam spissitudinem adipiscantur. Gummi, solubilia, pulveres, ut et terebinthina addantur sub finem.

II. Vnguenta minime sunt eiusdem spissitudinis, ut neque emplastra: quaedam compositiones mediae consistentiae cerati nomen merentur. Omnium vero tam varia est compositio, ut plerisque peculiare regulae adiectae sint.



SECTIO